

Liber

At in iis quibus absolute dicitur homo bonus fieri nequit. Etenim cum prudentia quæ est una / simul inerunt uniuersæ. Constat autem & prudentia opus esse / etiam si non esset actiua. quia partis est uirtus. Et sine prudentia sineque uirtute / electionem rectam non fore. Altera namque finem: altera ea quæ sunt ad finem agere facit. At uero neque sapientie preest: neque prestabilioris est partis: sicut neque ars medendi presidet sanitati. Non enim utitur ipsa sed uidet ut fiat. Illius igitur gratia (non illi) iubet. Preterea si miles est & si quis pia facultatem civilem principem esse deorum asserat: propterea quod precepit de omnibus que aguntur in ciuitate.

Liber septimus.

Tractatus primus.

C. i. Tria circa mores fugienda insinuat uitiu / intinentiam feritateque quorum contraria sunt uirtus / continentia / heroica uirtus: heroica uirtutem / ac feritateque raras inter homines esse: hanc uero maxime apud barbaros fitque uel ob morbos lesionemque principii: uel ob uitiorum excessum. De incontinentia ac mollitudine contrariisque nunc dicendum esse: ita quidem ut difficultate ablata probabilia relinquuntur. qualia quedam commemorat.

Ost hec dicendum est alio sumpto principio: tres esse species eorum que circa mores sunt fugienda: Vitium: incontinentiam: feritatem. Atque contraria quidem duobus manifesta sunt

Aliud enim uirtute: aliud continentiam appellamus. Ad feritatem autem & immanitatem maxime uirtutem eam conuenit dicere que est supra nos: heroicam inquam quandam atque diuinam. ut Homerus de hectore: propterea quod eximia bonitate prestabat: dicentem primum introduxit.

Nec iam hominis sane mortalis filius ille.

Esse uidebatur: sed diuo semine natus.

Quare si ex hominibus ob uirtutis exuperationem dii fiunt (ut aiunt) talis quidam is habitus fuerit / qui feritati opponitur. Etenim ut fere neque

uitiu est neque uirtus
Illud autem diuersum
uum: ut appellare
(dicunt enim uir d
nes raro. Maxime
tales & ob morbos
tiis exuperant: hac
li quidem dispositi
est dictum. Nunc de
tia atque constantia est
neque ut diuersum ge
ferre ea que uidentur
babilia sunt aut salte
dere. Nam si soluan
autem ea que probabilia
tinentia quæ constat
& mollitudo praua
ratione: & idem etiam
improba sciens imp
piditates sciens prau
continentem esse aiunt:
alii nullam dicunt. Et it
in temperatam confu
prudentem incontinent
dentes ac habiles sunt
ira: & honoris: & iuc
C. ii. Circa predicta
existimas incontinentem
stat utrum tempus sit con